BIBLIA. ISIDORUS HISPALENSIS. EUCHERIUS LUGDUNENSIS
Admont, 12. Jh.
Seite 149r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift



a p Coy.

149

que abinitio fuit in gente mea in hierosolimis. Hoc omnis iudei prescientes me abinitio si uelint testimonium phibere. Qui secundum certissimam sectam nrę religionis uiui phariseus. Et nunc in spe que ad patres nros repmissionis facta est a deo. Sto iudicio subiect in qua duodecim trib; nrę. nocte ac die deseruientes speram deuenire. de qua spe accusor a iudeis rex. quid incredibile iudicat apud uos si dis mortuos suscitat. Et ego quidem estimaueram me aduersus nomen iesu nazareni debere multa contraria agere qd fecimus hierosolimis. Et multos scorum ego in carceribus inclusi. a principib; sacerdotum potestate accepta. Et cum occiderent detuli sententiam. Et per omnes synagogas frequenter puniens eos compellebam blasphemare. Et amplius insaniens in eos persequebar usq; in exteras ciuitates. In qb; dum ire damascum cum potestate & permissu principum sacerdotum die media. In uia. uidi rex de celo supra splendorem solis circumfulsisse lumen. Et eos qui mecum erant simul. omnesq. nos cum decidissemus in terram audiui uocem loquentem mihi hebreica lingua. saule saule. qd me persequeris. durum est tibi contra stimulum calcitare. Ego aut dixi. quis es domine. dns aut dixit. Ego sum ihs quem tu persequeris. Sed exsurge & sta super pedes tuos. ad hoc enim apparui ti ut constituam te ministrum & testem ex que uidisti & ex qb; apparebo ti. Eripiens te de populis & de gentib; in quas nunc ego mitto te aperire oculos ex ut conuertant de tenebris ad lucem. Et de potestate satane ad dm. ut accipiant remissionem peccatorum & sortem inter scos per fidem que est in me. Unde rex agrippa non fuit incredulus celesti uisioni. Sed his qui sunt damasci primum & hierosolimis & in omne regione iudee. Et gentib; annuntiabam ut penitentiam agerent & conuertentur ad dm. digna penitentie opa facientes. hac ex causa me iudei cum essem in templo cum prehendere temptabant uolentes me interficere. auxilio aut